

Hispanorum in eo disparem statuit rationem, ut grauius debeant illorum præ istis iniusta damna puniri. Cum stet alias communis seribentum doctrina, circa injuriarum compensationem attendum perlonarum statum, ut cum inæqualis est ob unius inæqualem conditionem, & viliorem alterius, compensatio eam debat proportionem feruare. Quod quidem in citato Exodi Capite videre licet: cum enim in illo talionis pena statuatur, ut oculum pro oculo, dentem pro dente dampnificator reddere teneretur, in servis aliter est decretum; ut scilicet pro eruto oculo aur excusso dente, lolà eiusdem libertate comparatio facienda sufficiens habeatur Sic v. 26. & 27. & in occisione etiam illud additur vers. 21. Sin autem uno die vel duobus superuixerit, non subiacebit pena. Sunt autem Indi vilioris conditionis Hispanorum comparatione, licet serui non sint: neque enim seruorum iniuria, eo quod serui sint, minoris aestimantur, qualij, qui eas irrogant, membrorum lorum dominium habeant, cum reuera ita non sit, sed eadem membrorum sit ratio quæ & vitæ. Vnde Romani etiam antiquis legibus iniurias atrociores, ut de osse fracto, non liberis modo, verum etiam seruis factas, impensiore danno vindicarum, ut scribit Aulus Gellius Nocturnum Atticarum Lib. 20. Cap. 1. Causa ergo à viliori est conditione petenda; vnde & attenditur illa cum quis iniuriam seruo intulit alieno. Idem ergo in calu nostro dicendum, pro quo Dom. Solorzanus Cap. 27. citat. num. 34. adducit. Gometrum de Amescua in Tractatu de potestate in se ipsum Lib. 2. Cap. 23. n. 24. ver. Nihilominus affirmantem Hispanum vilem nobiliore esse Indodo dignorem.

146. Et ipse quidem Dom. Solorzanus questionem agitans, & pro humana Indorum tractatione eruditè discursens, prefatum Regium rescriptum parum practicari testatur forte ob adductam rationem. Sic num. 35. citat. Cap. 27. & in Politica citat. Cap. 28. §. Toto por. venustra licet ipse pro illius iustificatione militet exemplis adductis ibidem & num. 21. ac §. De las quales. Qui & num. 31. & §. Y lo que decimos ex Ferdinandu Zurita Quæst. 14. Indica, etiam addit compensationem minorem deberi Indiis, ipsorum attentâ qualitate, cum sèpè soleant esse ebrij & abiecta sint conditionis; neque iniurias multum carent, aut eisdem commoueantur. Quod quidem de iniuriis circa honorem specialiter dictum, sed circa omnes videtur etiam applicandum, cum militet simili ratio.

147. Dico primò. Præfatum rescriptum est iustum & conueniens. Id probo, tum ex dictis, tum quia ad conuersionem Indorum, de quâ diligentissimè agi à nostris Regibus debet ex onere Pontificia donationis, hoc est valde expediens: sic enim Hispani, & Europæi alii ab eorum accentu iniuriis, quæ si frequentes sint, vt timeri potest magno cum fundamento ab experientia roborato, odiosissima fides & professio redditur Christiana & Indi factis magis quam verbis credunt, vnde fit vt nomen Christi inter eos blasphemetur, quod dictum alias ab Apostolo Rom. 2. ver. 24. usurpat in hac causa Concilium Limenense secundum Parte 2. Cap. 112. Deinde, Indi maiore quam Hispani indigent de-

fensione, quia imbellies & inermes, ac simplicissimo ritu viuentes: maior ergo defensio conuenienter adhibetur, ad quam spectat rigor ille penalitatis, dum alia non sufficiunt cautions. Præterea, Indi sub Regia sunt clientela: atqui clientum offendit: maiorē possunt quam proximorum penā vindicari: sic ex auctoritate Sexti Cæcilius in disciplinâ Iuris, atque legibus Populi Romani noscendis interpretandisque, scientiâ, visu, auctoritateque illustris habet Gellius suprâ verbis illis: Sic clientem in fidem acceptum caro rem haberi quam propinquos, tuendunque esse contra cognatos censuit. Neque peius ullum facinus estimatum est, quam si quis probaret clientem derisi habuisse.

148. Item, sic agendo, non solum Indorum causa, sed etiam Hispanorum agitur, quorum maximè interest Indorum conseruatio, magni enim illi auti argenti que thesauri, quibus totus ditatur mundus, & res adeo magna in Dei obsequio, ac Hispanæ gloriam aguntur, Indis sunt deficientibus pariter defecturi. Quando autem magnum aliquid Reipublicæ commodum cupiam ex aliorum accrescit incommode, illi potest operam adhibere. Pro quo & est illud Auctoris citati ex eodem Cæcilio sic loquentis: Omnibus quidem virtutum generibus exercendis collendisque Populus Romanus è parva origine ad tantæ ampliitudinis instar emicuit, sed omnium maxime atque præcipue fidem coluit, sanctamque habuit, tam priuatam quam publicæ. Sic Consules clarissimos hostibus confirmande fidei publicæ causâ dedit. &c. Vbi M. Attili Reguli, & aliorum, de quibus Valerius Maximus Lib. 1. Cap. 1. Cicero Lib. 3. Officiorum, aliquæ, historia tangit. Iam pro utilitate Indorum expendantur Regia illa verba adducta. num. 155. T en su esfado los mas vriles à mi Corona.

149. Dico secundò. Oporteret maximè præfatum rescriptum practicari: constat, quia cum iustum & conueniens sit, neque ex praxi ullum sit deprehensem incommode, non est vnde ab illa debeat abstineri. Vbi legibus vititur, ibi & feliciter: neque vera possunt in ea Repùblica esse solaria, vbi legum obseruatio friget, & timent illa, qua timeri potius debuissent. Quid enim potest esse felicis quam homines de solis legibus considerare, & casus reliquos non timere? Iura publica certissima sunt humana vita solaria, infirmorum auxilia, potentissima frena. Amate vnde & securitas venit, & conscientia proficit. Cassiodori verba sunt Theodorici nomine Lib. 3. 17. Quod licet ira sit, sat credo erunt Indi contenti, si communice cumipsis agatur iure, ac eorum iniuria non maneat impunita. Vnde

150. Dico tertiò. Res in eo videatur statu constituta, vt prædictum rescriptum quoad excessum præfatum communiter non obliget: posset tamen quandoque in atrocioribus delictis obseruari, aut in aliis, in quibus viciæ exemplum valde proficuum putaretur. Ut plus terror corrigit, quam pena consumat. Ut idem qui nuper eiusdem ex persona Lib. 7. 1.

151. Dico quartò. Quod ad compensationem in materia honoris spectat, non est omnimodâ æquale tractandum, quia abiecta Indorum ex intima plebe conditio cum valde diffarem constitutat statum, non exigit æqualem satisfactionis

satisfactionis gradum, & quandoque nullum, quia, vt dictum est, de hoc parum, aut nihil curant, dum solis agitur verbis, & manus cessant. Quia vero inter eos plures sunt & nobiles, & virbane educati, si graues in eos contumelias iactentur, sua est judicio prudentis Confessarij satisfactio dubio procul adhibenda. Nullum enim est in Morali Theologî principium pro hac materia receptum, quod non ipsi faciat. Et sicut in generalibus regulis non est natio aliqua per Doctores excepta, ita neque Indorum, de quibus agimus, vt non sit opus hic nisi ad communes in hac materia doctrinas lectors remisissæ,

152. Et sunt quidem qui censeant pro laeso honore sine damno alio, nullam restitutionem deberi: vel si damnum aliquod fuerit in corpore, tale tamen quod sine sumptibus curari possit; vt si alapâ, fuste, vel calce. Quæ est sententia P. Molina Tract. 4. Disput. 46. quem secuti alij: est enim iniuria transiens, quæ ad summum in eo, cui illata est, exacerbationem animi relinquit, unde si qua resultet obligatio, ad placandum erit, quod variis modis fieri potest, quando injuriant id gratum futurum speratur, aut de eo ipsi curant. Quæ doctrina pro Indis accommodata videtur, qui verbis, alapis, calcibus & fistibus solent frequenter pulsari: si tamen de leniendo interno iniuria dolore sic pulsantes cogitarent: sed nihil plerumque minus facile enim Indorum placatur animus, & quolibet sunt benevolentie signo contenti, neque in eo gradu injuriantur, in quo Hispani, puerorum more. Licet autem qui inter eos nobiles & virbane educati plus eas ponderent, placantur sanè faciliter, & sine petitione venire, sed benevolâ tractatione. Licit autem Doctores communiter sententiam contrariam teneant, & obligationem restitutionis pro laeso honore propugnant; in ordine tamen ad præxim vix aliquod notabilis momenti videtur esse discrimen. Cum enim negantes affirment necessarium esse id circa iniuriam præstare, quo eius placetur animus, etiam vñque ad veniam petitionem, id certè rationem satisfactionis habet, quocumque titulo obueniat, & ad quæcumque velit quis virtutem pertinere. Eo est quidem iniuriatus ille contentus: atqui ad nihil aliud debet satisfactio tendere: habetur ergo quod sufficit, siue quia tantumdem ponitur, siue quia deficiente parte aliqua, ab injurianti relaxatio. Pro quo haec satis. Videat qui voluerit Cardinalem Lugo Disput. 15. de iustitia num. 53.

§. III.

Acta ab Indis sine Protectoris assistentia ut valeant & in contractibus naturaliter obligentur, firmenturque illi iuramento, cum nonnullis aliis circa ipsum.

153. Prohibitæ illis sine assistentia predicta contractationes circa radices & mobilia; & stante illâ, peculiares solemnitates ad celebrationis firmamentum indicuntur, pro quibus variæ extant schedulae, de quibus Dom. Solorzonus Tomo 2. Lib. 1. Cap. 27. num. 65. & in Poli-

Thesauri Indici. Tom. 1.

tica §. Otro priuilegio. & in quadam ex ibidem adductis statutum extat de Auditoris Regij interventione, quod tamen sublatum per alias, sicut & solemnitas præconiorum, nili cum de rebus agitur, quæ tringunt auri communis pondéra excedant. Alter facta obligationem neque ciuilem neque naturalem inducere, & ita posse nullitatem contractus obici, affirmat citatus Doctor num. 65. & 69. qui & num. 70. pro eodem adducit Dom. Felicianum à Vega in Cap. Ex parte, de foro compet. num. 19. pro quo & in Politica §. citato & etiam. § 1. anque el Princeps. Sed Dom. Felicianus de obligatione naturali, & actorum valore aut nullitate nihil dicit: sicut neque iuris consulti alij in causis nostri specie non locuti, sed generalius apud illum: dum afferunt posse Principem ob bonum publicum ita potestatem ad contrahendum subditis limitare peculiari bus præscriptis, vt si contrarium fecerint, neque ciuilem obligentur. Quod quidem etiam communis Theologorum sententia firmitat de legibus & contractibus agentium, vt non sit opus quempiam in speciali compellare.

154. Sed an in hoc casu, in quo sumus, ea doctrina conuenienter applicetur, debuimus inquire, & assertio pro eo proposita comprobari. Cum sit valde probabilis sententia affirmans contractus etiam per legem prohibeantur, & nulli pronuentur, obligationem naturalem parere, dum patronæ non redditur ad contrahendum per illam prorsus inhabiles, vt in contractu matrimonij clandestini constat, vbi receput est Concilium Tridentinum quoad hoc, & in quibusdam aliis, licet ius sit ad distractus coram iudice petitionem. Quod in contractibus pupillorum & minorum specialitis tradunt multi & grauissimi Scriptores, quos adducunt & sequuntur P. Thomas Sancius Lib. 6. de Matrimonio Disputat. 6. num. 21. P. Molina Disputat. 230. 231. & 261. Cardinalis Lugo Tomo 2. de iustitia Disput. 22. num. 288. P. Fragoso Tomo 3. Lib. 1. Disput. 2. numer. 275. P. Fagundez de iustitia & iure Disput. 1. Cap. 13. num. 5. & 9. P. Palau Parte 7. Disput. 1. de iustitia commutativa, Puncto 4. §. 4. P. Onate Tomo 1. de Contractibus Disput. 4. num. 42. & 60. vt obviuos alios omittam.

155. Non videntur autem Regia rescripta Indorum contractus sine Protectorum assistentia prohibentia obligationem naturalem excludere, inabilitate ad contrahendum omnimodâ stabilitâ: & vbi id non accidit, recognoscenda videtur. Pro quo facit notanda obseruatio apud P. Onate supra Disputat. 7. num. 65. vbi tradit irritationem obligationis naturalis satis raram esse, neque afferendam vbi lex expresse non resistit contractui. Facit item L. 5. Tit. 12. Part. 5. ibi: si algun seruo prometesse dorso &c. tenuido es naturalmente de complir por si lo que promete; por quanto es hombre. Ex quo validum pro Indis videntur argumentum sumi posse, cum homines sint, & insuper liberi.

156. Dico primò. Difficile ostendi potest Indos sine Protectoris assistentia contrahentes, si ita capaces sint, vt satis percipiant quod agunt, naturaliter non obligari. Id probo: nam si aliquod firmum fundamentum pro excludenda obligatione suppetit, maximè ex eo quod leges

L1 2 circa

circa hoc latè in Regiis rescriptis contractui refi-
stunt, vt communiter Auctores affirmant: atqui
satis controversum est, & idem etiam satis dubium;
quando leges ita resistant, vt nulla resultet obli-
gatio, aut resistentia non obstante, nihilominus
oriatur. Et quidem P. Thomas Sancius Lib. 1. de
Matrimonio, Disput. 7. num. 16. ex bonis Auctoribus
hanc regulam vt certam proponit. Si lex
reprobet contractum, ipsumque prohibeat ei
resistens, neutra oritur obligatio. *L.* Non dubium.
C. de legibus, ibi: Nullum pactum, nullam conventionem,
nullum contractum inter eos volumus subsecuum,
qui contrahunt, lege contrahere prohibente. *L.* Cum
lex 47. *D. de fidei sufficiens*, ibi: cum lex venditionibus
occurriere voluerit, fidei sufficiens liberatur.
Nulla ergo remanet obligatio: & rationem regula esse ait, quia licet ex quolibet contractu
obligatio naturalis oriatur, ius enim naturae fidem
in contractibus seruandam praescribit, vt lex ob
publicum bonum potest hanc obligationem im-
pedire: videtur autem id manifeste efficere quando
contractum ipsum omnino vitiant & cassant,
quod est illi prorsus resistere. Sic ille philo-
phatus, apud quem tamen regulam predictam
reprobat Menchaca, dicens. probans resisten-
tiam legis non esse signum sufficiens sublatæ
naturalis obligationis: & alij etiam ex Nouioribus
regulis eamdem minimè veram arbitrantur.

157 Et arguere possumus ex pluribus legi-
bus resistentibus contractibus pupillorum apud
eundem *Disput.* 38. citat. 2. num. 20. quæ sunt satis
perspicue: & tamen ille obligationem naturalem
in ipsius cum Auctorum agmine numeroso
defendit, & num. 36. ad leges respondet; licet
responsiones aliquæ non adeo exactæ & verosi-
miles videantur. Licet ergo leges Indicæ contra
Auctoris Indorum sine Protectoris auctoritate re-
sistant, ex eo nequit solidum pro exclusanda na-
turali obligatione, ac penitus inconcussum fun-
damentum deriuri. Pro quo & stat id quod
cum aliis proponit P. Onate *Disput.* 7. citat. 2. num.
63. vbi ait ita quidem esse vt tunc contractus
nullus sit quando ei lex resistit, obligationem om-
nem excludens: id tamen non solitum ius com-
mune facere, nisi quando contractus ipse ex se
nullus est, quia deest illi aliquid essentiali, &
propter defectum in consensu, vel rei, de quæ
nequeat esse contractus; vel ob turpitudinem
contrahentis, vt in vi & dolo &c. Atqui in casu
nostro nihil horum esse supponitur: non ergo
naturali obligationi locus denegatur.

158 Dico secundo. Pro Indorum vitandis
incommode parum interest quod obligatio natu-
ralis in eorum contractibus extet. Id probo: nam
in primis actionem habent ad petendam refi-
ctionem contractus, quæm dubio procul obtine-
bunt. Si dicas futuros sumptus in lite, id nihil offi-
ciet; maiores enim in repetitione extra judiciali
futuri, & id sibi debent imprudenter agentes im-
putare. Deinde, habent pro se opinionem
valde probabilem de nullitate contractus, qua se
tueri possunt, acsi certa omnino sententia foret,
& Confessarios eorum agere partes conuenienti-
ssimum erit, immo & ferè semper necessarium,
quia alias occasio erit eisdem in statu peccati re-
manendi, cum valde difficulter obtinendum ab
eis sit vt vel restituant, vel se data non repeatant,

aut compensatione vtantur: vt autem posse
est etiam probabile, vt cum aliis tenet P. Fa-
gundez *supra* num. 24. quotiescumque id com-
modè recuperare nequeunt, in quo sunt lassi ij,
qui contrahere sine auctoritate alterius prohi-
bentur.

159 Quod si Indus rem vendidit, & pretium
distrahit, neque ex eo locupletior factus est, &
bona in eo fide processit, sicut repetere in iudicio
potest, sine obligatione reddendi pretium, ita &
compensatione vt, si rem nequeat obtinere; quia
contractus fuit nullus in utroque foro secundum
satis probabilem opinionem, cum quæ &
compensatio licet etiam probabilitet, vt in legato ex
testamento minus solemni, tenent multi, & ex P.
Becano Parte 2. *Tractat.* 3. Cap. 7. Quæst. 7. *Conclu-*
sus. 1. habet Diana Parte 5. *Tractat.* 3. *Refol.* 11. 9.
cum haeres ab intestato retinet. Et in compen-
satione pecuniariâ pro famâ ex PP. Lessio &
Tannerio, & ex Aragonio & Ioanne de la Cruz
Parte 3. *Tractat.* 5. *Refol.* 3. & cum quis iudicar-
rem esse suam, etiam aliter iudicet, & nullus pos-
siderit, potest ubi adiudicare, donec constet non
esse suam, ex S. Angelo Bossio Tomo 1. n. 1854.
qui addit fine violentia id futurum. Cum tamen
in casu nostro debitum liquidum sit ex sententiâ
judicis necessariò reddendum. Minor etiam, qui
id, quod soluit, recuperare nequit, potest debi-
tum se aliunde, non soluere, vt cum alijs tenet
P. Thomas Sancius *supra* num. 34. cum tamen iu-
cta ipsum is, qui cum Minore contraxit, non te-
neatur nisi post iudicis sententiam acceptum
redhibere.

160 Licet autem debitum actu non sit, cum
tamen sit debitum in spe, locus est compensa-
tioni, ex P. Tannerio Tomo 3. *Disput.* 4. num. 406.
quando tempore praefixo non est commode ob-
tinendum, id affirmante, & Diana id valde com-
mendante, quia quoridianum, Parte 2. *Tract.* 16.
Refol. 46. Quod autem diximus de non facto
locupletiore, iuxta communem scriptorum do-
ctrinam est de restitutione loquentum, vt ratio-
ne rei accepta bona fide non teneatur quis, nisi
inquantum factus est locupletior. Et sunt qui
in casu nostro obligationem naturalem tantum
agnoscant, quando Minor factus est locupletior,
pro quo P. Thomas Sancius num. 22. id non ad-
mittens: sed est sane probabile: quia cum valde
probabile sit, absolute loquendo, non conser-
ve obligacionem naturalem, & similiter contra-
rium, sententia prefata media est, addens aliquid
priori, & negans aliquid oppositæ.

161 Dico tertio. Indorum contractus cir-
ea ea, quæ ipsi sine Protectoris assistentia pro-
hibentur, communiter loquendo, non firmantur
iuramento, quidquid de firmitate huius generis
sit circa alios similiter contrahentes, de quo Do-
ctores varietate sententiarum questionem agi-
tantes, vt videri potest apud P. Onate ceteris co-
pissiorem *Disput.* 1. p. *præterim* Sect. 4. Quod pro-
bo ex eo quod tenet P. Thomas Sancius *supra*
num. 16. alios pro eodem adducens; scilicet ad
confirmandos tales contractus requiri in iurantibus
pubertatem, nec sufficere proximos esse illi,
ob defectum capacitatibus ad res huiusmodi quoad
convenientiam & incommoda discernendas.
Sunt autem illis Indi simillimi, communiter lo-

quendo

quendo, de quo num. 154. non ergo iuramento
firmantur.

162 Dico quartò. Indi maioris capacitis
Europæis multis exæundi, sicut naturaliter
obligari possunt, vt diximus, ita & iuramento:
non enim dubitari potest plures esse, qui Euro-
pæos multos excedant in ætate quatuordecim
annorum, quæ pubertas inchoatur. Et cum non
agamus de privilegio aliquo peculiari à Principe
concello Indis, quod pro eisdem possit favorabili-
ter extendi, sed de obligatione ex iure diuino
consurgente; id certè attendendum pro eâ, quod
principia considerationis esse solet, mentis in-
tegritas in iurantibus, quam Ius præsertim atten-
dit: *Authent. Sacraenta puberum*, num. 9. C. Si
aduersus vendit: & alibi. Cum ergo illa sit prædi-
ctis suppetat, eorum contractus iuramento po-
terunt roborari.

163 Dico quintò. Iuramenta Indorum cir-
ca prædicta sine alia causa, quæm quod talium
sunt, poterunt à Prælatis relaxare. Negat hoc
P. Sancius de pupillis loquens num. 17. quia re-
laxatio talis est in præiudicium tertij, respectu
cuius est naturalis obligatio. Sed id tenet, licet
obligationem naturalem agnoscat Ludouicus
Lopez Lib. 2. de Contractibus, Cap. 39. fol. 48. P.
Palau Tomo 3. Lib. 3. de iuramento, *Disput.* 3. *Puncto*
2. *vers.* *Sexto*, parentes. P. Vincentius Tancredi
de Religione, *Tractat.* 4. Lib. 2. *Disput.* 17. num. 2. &
alii. Quamvis enim obligacionem naturalem
videantur inducere, hoc est incertum, & eâ non
obstante sunt rescindibiles: quod sat is videtur
vt locutus sit relaxationi. Similiter ergo de In-
dis dicendum. Et licet ij, de quibus *Affertione*
precedenti, puberibus exequuntur, quorum iu-
ramenta relaxari nequeunt, ex *Authent.* citata, ibi:
Inviolabiliter custodiuntur: quod docere om-
nes affirmat P. Sancius num. 13. ita vt duo illa
verba dispensationem omnem, relaxationem, &
omne aliud contraveniendi remedium exclu-
dant, vt ex omnium etiam mente habet P. Onate
Disput. 11. num. 140. Quod hoc tamen possunt
impuberibus assimilari; tum quia sunt qui cen-
tent contractus Minorum, etiam si puberes sint,
non firmari iuramento, neque *Authenticam* de
illis agere, quando sine auctoritate Tutorum
contrahunt, sed quando cum illâ. Tum etiam
quia hic iam agitur de priuilegio Indorum, licet
non speciali, sed à iure communis concessio: unde;
quia favorable, debet extendi; maximè cum si-
mus in negotio religionis ac fidei, pro quæ sum-
ma militat ratio, vt dictum sapientius. Quod autem
diximus, ad relaxationem sufficere rationem illam
ex iurantium conditione desumptam, conforme
est grauium scriptorum doctrinæ, qui de impu-
beribus loquentes affirmant defectum etatis suffi-
cientia, vt videri potest apud P. Sancius *citat.* 17.

164 Dico sexto, tamquam probabile Pro-
tectoris posse iuramenta prædicta Indorum irri-
tare, sicut de Tutoribus Doctores affirmant apud
P. Sancius *citat.* num. 17. Ludouicus Lopez, P.
Palau & P. Tancredi nuper adducti. Protec-
tores namque instar Tutorum sunt, & ob eamdem
rationem Indis astringi, inopiam inquam iudicij
ad se & sua moderandum: unde & vtrique com-
petit vt acta ab ipsis sine eorum auctoritate irrita
penitus habeantur quoad ciuiles actiones.

Thesauri Indici Tom. I.

165 D E illis Dom. Solorzani Tomo 2. Lib.
1. Cap. 27. num. 74. & seqq. & in Po-
liticâ Lib. 2. Cap. 28. 8. El qual, circa finem: & af-
firmat in illis non debere se Protectoriis intro-
mittere, quia in ordine ad testandum habent In-
di plenam libertatem: nisi in illis falsitatem ali-
quam interueniisse intelligatur. Item, receptu
esse vt sine Tabellione, & taliis vicini ac ro-
gatis fieri possint, sufficeré que vt aliquis ab eo-
rum Gubernatoriis designatus illa scribat; &
duo aut tres testes assistant, siue vicini siue fo-
minæ, si opportunè occurserint. Quod si postea cor-
ram competente iudice comprobetur, qui sibi
verum esse persuadeat, eo quod specimen verita-
tis habeat & scriptis conformia deponunt, testa-
mentum rite factum pronuntiat, & executioni
mandari iubetur; quidquid litis contra illud fue-
rit intentatum. Id enim Indorum multa simpli-
citas operatur, & scribentum aut testimoniis sapientius
copiâ non repertâ. Ex quæ ratione videtur non
esse necessarium vt testamentum scripto fiat; mul-
titoties enim qui sciat scribere desiderabitur, &
Gubernator deerrit, qui scientem designet. Po-
terunt ergo tunc Indi ultimam suam voluntatem
coram iis, qui adfuerint declarare.

166 Sed numquid duo tantum Indi suffi-
cient, & eorum dictis, nullo addito adminiculo,
iudex deferri potest, vt legitimum pronuntiet
testamentum? Difficile sane id videtur, neque in
eo casu loquitur Dom. Solorzani, qui præter
testes, qui adfuerint ad confessionem cum scri-
bente, alios requirit ad comprobationem, quibus,
si eorum dicta scriptis conformantur, fides adhi-
betur. Statque insuper illius doctrina Cap. eodem,
num. 57. & in Politicâ 5. *Lo qual nos da*: quod
sicilicet sex Indi unum tantum idoneum effi-
cient.

167 Dico primò. Duo testes ex prædictis
fidem facere possunt, si verosimiliter deponant.
Id probari potest: nam cum ad pronuntiandum
testamentum validum id tantum exigatur, vt ex
testimoniis depositione iudex sibi persuadeat illos
verum dicere, si hoc duorum testificatione obti-
neri potest, habetur equidem quod necessarium
secundum receptam proxim iudicatur. Atqui id
duorum testificatione haberi potest, quia verosimiliter
posunt deponere, dum suspicio non ob-
uiat falsitatis; quia ex eo quod testamentum va-
lidum sit, nihil ipsi commodi reportant, aut
eorum proximi, neque ab aliquo induci com-
periuntur. Quid firmari potest ex eo quod in
multis testamentis, eò quod priuilegiata sint, tes-
tes duo minimè alias idonei vt sufficientes ad-
mittuntur, vt duas foeminas in testamento inter li-
beros. Pro quo Diana Parte 7. *Tractat.* 6. *Refol.*
33. P. Fragosus Tomo 3. Lib. 4. *Disput.* 6. §. 2.
num. 32. cum Glosa, Baldò, Iulio Claro, & P.
Molinâ: & quamplures alii, quos adducit & se-
quuntur Angelus Bossius Tomo 2. Titulus 9. num. 75.
& Titulus 10. num. 7. In testamento ad pias cau-
sus, pro quo Diana *citat.* Refol. 16. P. Molina
Lib. 3. *Disput.*